

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1161

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

III. *Konrad Archipresbyter in Straßburg schenkt sein Haus mit allem Geräth und seiner ganzen Habe dem St. Arbogastkloster bei Straßburg. 1161 December 24.*

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod Cunradus Argentinensis civitatis archipresbyter venerandus domum suam cum ipsius curtricula et omni suppellectile ac universis, quecunque in presentiarum possederat<sup>a</sup> seu deinceps possessor 5 extiterit, consensu et manu Waltheri causidici, cujus fidelitati et tuitioni omnia, que habuerat, gratia obtentionis ipsi tradiderat, nullo<sup>b</sup> ei linea sanguinis conjuncto resultante, pro remedio anime sue et parentum suorum ecclesie sancti Arbogasti tali tenore in propatulo contulit, ut videlicet, quamdiu possessor eorum fuerit, dato 10 singulis annis ob memoriam stabilitatis denario prefate ecclesie sicuti prius libere omnia possideat eoque decedente nullus ei quamvis affinitate proximus ausu temerario usurpator suorum existere presumat. et quoniam perversitas et molitio mortali- 15 um in cunctis precaveri utilis censetur, tam presentibus quam preteritis<sup>c</sup> sanissime consultum est, quatenus nichilominus fidelitati aliorum et manibus consentiente prefato Walthero eodem tenore omnia prememorata crederentur<sup>d</sup>, ne machinationibus 15 ecclesia pretaxata jacturam cujuspiam postea injuste patiatur, sed sub tuitione subjectarum personarum largitio hec astipulatione firma perpetualiter facta ab omnibus habeatur. quarum ista sunt nomina: Symon, Wernherus marscalcus, Albero de Ehenheim, Dietricus prefectus. acta sunt hec quoque primitus 1158 anno incarnationis domini, antedicto Walthero eandem domum cum omnibus supradictis causa sta- 20 bilitatis et firme munitatis tradente atque commendante prescriptis testibus. acta sunt etiam hec secunda vice ab eodem Cūrado in vigilia natalis domini anno incarnationis domini 1160 primo, die dominico<sup>1</sup> sub presentia et attestatione Alberonis prelati<sup>e</sup> hujus ecclesie, fratrum quoque ipsius cenobii Meffridi, Arnoldi, Heinrici prioris necnon et majorum civitatis videlicet Symonis, Wernheri marscalci, 25 Dietrici causidici et Hermanni ejus fratris, Drutwini Rufi, Alberti de Ehenheim, Godefridi et Humberti filii ejus, Hadeberti, Wernheri de lapidea porta aliorumque meliorum civitatis, Friderico imperante, Burcardo Argentinensem cathedram gubernante. ut autem hujusmodi actio firma et inconvulsa maneat omni evo, sigillo generali domini prepositi hujus loci munitam et fultam esse perutile censuimus. 30

*H aus Straßb. Hosp. A. prot. 7383 cod. chart. sec. XV fol. 36<sup>b</sup>.*

a) *H possiderat.* b) *H nulli.* c) *Sehr unleserlich.* d) *Von tam presentibus—crederentur stark corrupirt.* e) *H prelate.*

<sup>1</sup> *In der That fällt im Jahre 1161 die Weihnachtsvigil auf einen Sonntag.*